



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

De adulterijs & stupro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

qualitatis lectoralis, quam curatæ.
quia maior aptitudo, & doctrina
requiritur ad lectorum, quam ad
curam, ut quamvis & hæc in pri-
uilegijs exprimatur, argumentatio
non procedat ad illam, quia man-
dati fines diligenter obseruandi
hic sunt. c. cui à non sacerd. de prab.
in 6. adeo ut mandata huiusmodi
non debeant, inquit, ad alios casus,
quam exprefos, extendi.

Sic Steuneau in Comment. ad
Ordinat. I. 1. t. 2. ad art. 1. v. sans
galem p̄x̄ pouoir. post gloss. ad sanct. pragmat.
in §. item in sap̄. §. item placuit. ait
huiusmodi præbendas theologales
non esse nominationibus comprehen-
sivas. & Concordat Francie
exprefè habent, vt ultra præben-
dam theologo affectam collator
ordinarius nominationes admitt-
ere debeat, secundum alterna-
tionem mensum ibi præscriptam.
in præbenda autem theologo con-
ferenda non est in Concordatis, vt
diximus, aliud additamentum:
adeoque libertas collatoris in hac
non est restricta: dummodo theo-
logi qualitas adfit, per Concilium
autem Tridentinum amplius re-
stringitur, per ea quæ loci Episco-
pod. c. 1. deferuntur.

Sic iterum decifum est in c.
quamvis. 4. de prab. in 6. mandatum
de prouidendo in aliqua ecclesia
ciuitatis aut dioceſis, non extendi
ad cathedralē, quia mandata fu-
per obtinendis beneficijs, vt ambi-
tioſa, debent reſtrīgi. d. c. quam-
vis. itaque nec eo extenderetur no-
minatio, niſi in priuilegio exprefè
diceretur, quare etiā exprimatur
cathedralis generatiō; non tamen
complectetur præbendam theolo-
galē ob d. qualitatē; vt diximus:
quodque, quæ notabilia fūnt, niſi
notentur ſpecialiter, omiſſa cen-
ſantur. l. iniuriarum. §. prætor. D. de
iniur.

De adulterijs & stupro.

RESPONSVM I.

De regulari circa crimen
carnis inquisito.

Secundūm ea quæ proponun-
tur, Caius, tanquam grauiter
ſuſpetcus, iure cogi potest ad pur-
gationem canonica: sed in praxi
hodie raro illa vſurpatur, illa qui-
dem de iure in grauiter ſuſpecto.

Suspicio
gravis ſuſ-
picio ad
purgationē
canonica,
fed hodie
non pra-
dictatur.

c. 1. & tot. tit. x. de purgat. canon.
etiam regulari, c. 3. ibid. etiam ele-
cto in Episcopum c. tam literis. X.
de teſtib. obtinet: fed propter per-
iurijs pericula praxis abhorret.

Testimonia etiam singularia, vt
hic, eam faciunt probationem
communi opinione, cum ad eun-
dem finem tendunt, vt in ciuili
caſa, & correctionis, praesertim

regulari; extra ordinem rei con-
demnari poſſint; non tamen po-
neat ordinaria delictorum puniri,

Coniungi
quando
ſeu tali aliqua, quæ priuationem,
depositionem, incapacitatem dig-
nitatum officiorumque Ordinis
directe aut indirecte inferret. Far-
inac. in Opposit. contra teſtes. q. 64. n.

225. 229. Vide que diximus ſuprā
de Teſtib. resp. 1.

In criminibus carnis, quæ obſ-
curè perpetrari ſolent, praefump-
tiuæ probationes ſolent facilius
admitti (vt idem Farinacius docet in
prax. crim. p. 5. tit. 16. q. 136. c. 1.
2. & 4.) ſed tamen quando crimi-
naliter ad penam ordinariam agi-
tur, etiam in adulterijs evidentem
probationem requirit lex qui ſen-
tent. C. de pen. & d. c. 3. x. de pur-
gat. canon dicit moniales libidinis
accusatas, ſi maniſtē, inquit, de-
tegi non valuerint, non condemnan-
das, ſed ad purgationem cogēndas. ſic ſiſtitur Christo Ioan. 8. mu-
lier in adulterio deprehensa: &
apud Danieleme. 13. ſeniores te-

ſtaban-

Y 3

stabantur se vidisse adolescentem & Susannam commisceri. *Vv. e. f. m. b. c. in Paratit. D. Ad leg. Iul. de adult. n. 18. Vide c. præterea. 27. & ibi DD. X. de testib.*

Et propterea quamvis probatio-
nes imperfectæ coniungp possint
(vt hic leuitatis signa, solitudo,
oscula amplexus, tactus) requiri
tamen volunt, vt singulæ in sua
specie sint perfectæ. *M. sing. cen-
tur. 2. ob. 100. non tamen cum cri-
minaliter agitur etiam tales con-
iunguntur. Cail. L. 1. ob. 108. n. 13.
sed ut tamen coniunctionem ad-
mittamus, in ijs quæ sunt difficil-
is probationis, non tamen ad ef-
fectum criminalē, & certi cri-
minis in specie. Farinac. d. n. 225.
156.*

^{3.}
Qualiter
delictum
in genere
probare
dicantur
non in spe-
cie?

Quare, quod in terminis qua-
ritur, an Caius censetur coniugp
aus de fornicatione cum Sibilla,
aut Alexia: dicendum est, quod
cum neutra ad effectum, ut præ-
cisè de hac, vel illa fornicatione
possit puniri. & hoc est, quod di-
cunt doctores singulares testes in
genere probare, non in specie hoc
vel illud delictum. et si eiusmodi
probationem Simancha chimeri-
cam vocet, quasi genus sine spe-
cie detur, *apud Farin. n. 232.* sed
probabilior est aliorum opinio,
qui genericam probationem ad-
mittunt, & per testes singulares
fieri concedunt, dum tendunt ad
eundem finem; v. g. ad proban-
dam rem venereum: non tamen
probent hanc, vel illam forni-
cationem, aut stuprum. eaque po-
tissima ratio videri potest esse,
quod pena ordinaria infligi non
possit delicto in specie non fati
probato, sed tantum in suo gene-
re, præsumptiuè: ut pro grauita-
ve præsumptionum Judex arbitra-
ri tantum possit extraordinariam
correctionem: quod inquisitus
neque fati deprehendatur certi
criminis reus; sed tamen depre-
hendatur nec esse omnino inno-
cens. *Vide d. resp. 1. n. 5. & seqq.*

Itaque, quo minus Caius cum
Sibilla vel Alexia de fornicatione
coniugius censetur, obstat lex. *C. de testib. vbi ex Baldo formatur
axioma, ut vox unius, sive vox nullius
& testimonium unius ne auditu
quidem velit lex: & nulla sit causa,
qua unius testimonio, quamvis legit-
imo, terminetur, c. licet c. Venienti X. de
testib. sed omne verbum sit in ore
duorum faltem. c. in omni. X. ed.
at qui nulli hinc testes sunt conte-
stes ullius eiusdem actus, sive cum
Sibilla, sive cum Alexia perpe-
trati.*

Quo minus autem innocens ha-
beatur, facit actuū & testimoniū,
quamvis de omnibus singulariū,
multitudiō, probitas, & simplici-
tas, quam valde ponderat Caius.
*var. l. 3. c. 3. n. 4. & s. Farinac. vbi
sup. n. 314. Hippol. de Marof. jugul.
114. sp. Etatam virtutem maximi
facit Speculat. in tit. de iud. delig.
s. superest. ut puta, inquit, s. mons.
chua sit Cisterciensis am. Carthaus;
ut non cadat in cum sufficio mendacij.
quamvis alioquin Baldus in d. 3.
C. de testib. dixerit tantum probare
mille testes singulares, quamvis
vnus: sed alij rectius.*

Poterit ergo Caio, extraordi-
nario & religioso modo, pena ali-
qua extraordinaria imponi, qua
Superiori videbitur moderata, in-
fra rigorem penæ ordinariam.
*Ad effici-
entia
etiam
dum, in
conse-
Iure, vel statutis Ordinis pre-
scripta, eamque moderationem
tantò faciet maiorem, quanto magis
præteriit casus cum prima mi-
tigat enim valde, & de pondere
huiusmodi delictorum mollem
detrahit temporis lapsus, adeo ut
cum alia delicta viginti demum
annis præscribantur; de carna-
bus tamen inquiri post quinquen-
nium, aut rei condemnari non
possint. l. mariti. s. hoc quinque-
nium. D. de adult. l. adulter. C. ed.*

*Tempt
rofit, in
middle ter-
ritory
from au-
mous
posses-
sion. D. de adul-
ter. l. adulter. C. ed.
Et quamvis d. lex mariti in fin.
dicat eum, qui per vim stuprum
intulit, semper sine præcipacio-
ne temporis accusari posse, & Ca-
ius*

ius hic primæ ante aliquot annos etiam vim intulisse narretur: tamen Glossa ibidem. in v. huius. recte monet id obtinere, cùm de vi aetio instituta est; non cùm de stupro. & ratio est, quod talis stuprorum vim publicam commiserit, ut ibidem dicitur: & huiusmodi crimen, ut tale, legis Iuliae de adulteris potestatem excedat. l. 5. in fin. D. ad l. tul. de vi publ. si autem ageretur criminaliter de vi, huiusmodi testes ut hic, singulares secundum ea quae diximus, nihil proficerent. quamquam & rara in stupris absolta vis est. rario probatio. nulla fere illarum, quas constat non clamasse, si in vrbe stuprum passæ allegentur.

^{7.}
Testatus
monachus
fine licen-
tia superio-
ris, an pro-
ber?

Ita ut omnibus expensis Superior re & arbitraturus sit pro dictam fine liaz conscientiae pecuniam extraordinariam, non possit autem ordinariam imponere.

Supereft scrupulus, quod testes quidam regulares arguantur sine prævia Superiorum licentia dixisse testimonium, eoque illud esse ir-

ritum. Farinae. de oposit. contra testes.

q. 61. n. 130, ubi plures citas, & nomi-

natum Socratum conf. 17. n. 15. l. 1.

quod contraria Abbatis opinio

procedat, vel quando pars non

opponit, vel testis adhibetur tan-

tum in instrumentis, quibus easi-

bus valeat monachi depositio, etiā

sine Superioris licentia; alias securus.

dicendum est tamen Abbatis op-

inionem procedere generalius, ut

quamvis multa fieri prohibeantur,

facta tamen teneant, quod

utique est eliciendum maximè ex

causa prohibitionis; an prohibiti

personam spectet, an rem ipsam. at

hic prohibito spectat ad perso-

nam monachi, non causam testi-

moniij, cùm hoc solum requirat

veritatem: monachi autem perfo-

na in iudicium produci non de-

beat; secularibus negotijs, vel fo-

ro immisceri; minimè omnium

causa sanguinis: & tamen si in

causa ciuili, quis iure suo excide-

ret defectu probationum, nisi mo-
nachus testetur, eiusmodi neces-
itas ex iustitiae regula obligat mo-
nachum ad dicendum veritati te-
stimonium; & Superiorem ad dan-
dā testandi licentiam. c. 2. X. de tes-
t. cog. eoque sensu excipiendi sunt
canones: & quorundam Ordini-
num statuta religiosis suis testimo-
nium interdicentia. c. nuper. 51. X.
de testib. cum supplemento ibid., igitur
superiorū est discriminare, quan-
do religiosus foro abstinere, quan-
do necessitat parere debeat: ipse
autem velle, aut nolle non habet,
si tamen omisso Superiore testimoniū
dixerit, puniri ipse po-
test ob transgressionem legis suam
personam spectantis: testimoniū
autem non corruet, quia legis
ratio non eo spectat, ut veritati, &
iustitiae huiusmodi testimonium
subtrahatur: sed ut monachi, qui
sui iuris non sunt, Superiorum
auspicj ducantur intra cardines
rationis, & sui instituti: quorum
iudicium est penes Superiorē.

De Vsuris.

RESPONSVM. I.

*De vsuris ex forma chiro-
graphi & re gesta indi-
candis, & in sortem
imputandis.*

C Otingit non raro viris
Cetiam probis, & supra vulgus
doctis, ut mentalem vsuram nullā
faciant, realem tamen incutiū
mercando incurant, adeoque
crimine quidem videntur, sed an ob

bonam fidem tantum retinere ex
vsurario contractu licite possint,
quantum lucrativi essent ex licto,
examinare diligenter debent cum

Lessio de iustitia lib. 2. c. 20. d. 12.

sed in foro externo ex actis & pro-

batis, ipsiusque contractus instru-

Y 4 mento,

Quoad animam
aliter ali-
quando de
his quam
in foto ex-
terno iu-
dicandum.